UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

De festo purificationis. b. M. de eadem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

regionē ſuā: q2 ad mare deſcenderunt
⁊ per nauem tranſfretantem i Thar-
ſis abierunt. Propter qđ herodes ira
tus poſtea naues tharſenſiuʒ incēdit
ſm qđ pphetatum fuerat per Dauid
ps. xvij. In ſpiritu vehementi contē-
res naues tharſis. Et vt dicit Chryſ.
Dū Tho. apoſtolus deueniſſet ad re
gionem illam magoꝝ eos baptizauit:
⁊ facti ſunt adiutores xpiane fidei. et
pro xpo fuerunt martyrizati. Horum
corpa integra deportata fuerunt per
ſanctū euſtochiū in eccleſia que nunc
eſt predicatoꝝ vbi fuerunt p multum
tpis. Ubi nunc eſt camera eoꝝ apud
mediolanēſes. Sāctus aūt Euſtochi⁹
dū hoꝝ corpa duceret cū duab⁹ vache
tis. In nocte lupus vnā rapuit. San-
ctus dei pcepit lupo vt ſe poneret ſub
iugo ad currū. qđ et factum eſt. Poſt
multum vero tpis Federicus barba-
roſſa: detulit ea coloniā in conuētu p-
dicatorum. Uidimus ergo ſtellā eius
in oriente

¶ In purificatiōe virginis marie Fe
ſtum eſt de matre et filio.

SUſcepim⁹ de
us miſericordiam tuam
in medio templi tui.
In ps. Sapida. aurea ⁊
celebranda ſanctis eſt
illa vniuerſe ſcole theologantium: ꝙ
regina celoꝝ: aduocata peccatorū im
peratrix angeloꝝ: ſtella perēnis gran
dis maris: ſolidū ſcutū afflictaruʒ mē
tiū maria virgo: cum fuerit electa ab
eterno in matrem illius veri dei: illi
merito fuit cōicatū pͥuilegiuʒ ſup om-
nes creaturas plenitudinis et abūdā
tie oīum gratiarū. Maria mater grē
canit ſancta eccleſia ſm ſniam Tho.
in poſtilla ſup Johā. ⁊ Alber. quadru
plex eſt gřa. ¶ Pria effluens que eſt
in ſolo deo. ¶ Secūda ſufficiēs q̄ eſt
in ſanctis. ¶ Tertia abūdāe q̄ fuit in
aplīs. ¶ Quarta excellēs que eſt in
maria ⁊ p quā toti mūdo debitricē ſe fe
cit. Uñ Ber: ſuper Cañ. ſmone. lxxx.
viij. Maria oībus oīa facta eſt: ſapi-
entibus et inſipientibus copioſiſſime
charitate debitricē ſe fecit: oīb⁹ pnie
ſignum aperuit: vt de plenitudine ei⁹
accipiant vniuerſi. Captiuus redem
ptionē: triſtis conſolationē: infirmus
ſanitatem: iuſtus grām angelus: leti-
tiā fili⁹ dei humane carnis ſubſtāciaʒ
Ille. Uulgarizatio ſup vbo Ber. Non
poſſum lachrimas cōtinere inqt ber.
ex diuino amore charitatis dū cogito
imenſam charitatē ipſi⁹ regine que
oībus debitricē ſe fecit Gaudeat dul-
citer peccator: q2 per mariā remiſſio
nē pctōꝝ obtinuit. Gaudeat iuſtus: q2
per mariā grām pmeruit. Gaudeat ca
ptiuus: q2 per ipſam liberat a vinculo
peccati. Gaudeat angelus: q2 per eam
ſedes vacue reparant. Gaudeat fili⁹
dei: q2 p eā carnē de ea aſſumpſit: Et
quē celi cape nō poterāt: ei⁹ gremiuʒ
cōtinuit. Uñ pro ſui humilitate et le-
gis obſeruatione: hodie obtulit filiuʒ
in tēplo cū muneribus. Qđ eccleſia fe-
ſtiua et letabunda cōgratulat ſponſo
ſuo di. Suſcepim⁹ deus. in qbus ver
bis de hodierna ſolennitate loqmur
de qua tria videbimus.
¶ Primum dicitur purificationis.
Scđm dicitur oblationis.
Tertiū dicitur declarationis.
¶ Primū dicit ⁊c. Precepit deus le-
uitici. xij. Qđ mulier que ſuſcepto ſe-
mine filiū peperiſſet: immūda eēt. vij
diebus a cōſortio hoīum. et. xxxiij. ab
ingreſſu tēpli. Cōpletis. xl. diebus tē
plū intrabat. Et querū cū muneribus
offerebat. Agnuʒ ſi diues par turturꝝ
aut pullos colūbaꝝ ſi pauper. Et hoc
modo ſe purificabat ab illa irregula
ritate contracta per partū. Queritur
modo dubium. Utrū virgo debuit ho
die templū ingredi cuʒ filio et facere
hanc purificationē. Uere o maria vi
deturꝙ non q2 filiū nō peperiſti de ſe
mine: ſed miſtico ſpiramine in circū-
ciſione purgabatur puer ab origina-
li: qđ a parentibus cōtraxerat. In pu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rificatione purgabatur mater a pe-
nis quia in libidinẽ concepiſſet. Sed
nihil horum in chriſto ⁊ in matre. igi
tur incongruū videtur purificari ho
die. ¶ Alia opinio dicit ꝙ ſic: vt legẽ
ſeruaret licet non teneretur. Rñdeo
ſm Thomam. iij. parte. q. xxxvij. ar.
iij. Bernar. ſermone hodierno ꝙ tri-
plici ratione.
¶ Primo rõne humiliationis.
Scdo ratione occultationis.
Tertio rõne exẽplificationis.
¶ Primo ⁊c. Una eſt maxima theo-
logorum: ꝙ omnes gratie que ſunt in
Maria originem habuerunt a chri-
ſto: qui eſt fons omnium gratiarum
Unde debuit conformari humilitati
filij qui humilibus dat gratiam vt di
citur Jaco. v. Chriſtus ieſus ex humi
litate cordiali omnia onera legis por
tare voluit quibus non tenebatur: in
ſua natiuitate habuit ſe vt pauper.
Qui natus eſt in pſepio et in vilibus
pannis in nocte media dum eſſet fri
gus. ad Phi. i. Exinaniuit ſemetipm
formam ſerui accipiens. De inuiſibi
li immortali infinito: viſibilis: morta
lis: finitus eſt factus O immenſa hu
militas: o miraculum miraculoruz: o
bonitas ſancta. In circunciſiõe habu
it ſe vt peccator quia circũcidi voluit
cũ eſſet illa in remedium peccati ori
ginalis. Cui non tenebat̃ cuz eſſet de
ſpirituſancto conceptus. i. Petri. ij.
Qui peccatũ non fecit ⁊ Jo. viij. Quis
ex vobis arguet me de peccato. Non
de peccato oris: cordis: opis. Preterea
et baptizari voluit ex humilitate: cui
non tenebatur. Uñ Jo. bap. tremens
di. Ego a te debeo baptizari. ⁊ tu ve.
ad me. Cui chriſtus. Sine modo. Sic
enim decet implere oẽm iuſticiã. Su
per quo Amb. Hec eſt iuſticia: vt qð
alterum facere velles: prius ipſe in
cipias. Hodie autẽ ſe habuit vt paup
in eo ꝙ pauperũ oblationem obtulit
vt peccator et ſeruus in eo ꝙ ſacrifi
cia que erant in expiationem pecca-
ti: pro ſe offerri voluit. Uñ hoc o care
dñe. Clama ex humilitate. Unde Au
gu. Erubeſcat homo eẽ ſupbus: qꝛ hu
milis factus eſt deꝰ. Ad ppoitũ. Si
cut iſta facere voluit q̃bus nõ tenebat̃
ſed ex humilitate. Per eandem ratio
nem voluit et matrem purificari licz
non teneretur. Unde Ber. ſmone ho
dierno. Uere btã virgo nõ habes cãm
nec tibi opus eſt purificatione: ſicut
nec filio tuo circunciſione. Eſto inter
mulieres quaſi vna illarũ: nam filius
tuus ſic eſt in medio puerorum. Ideo
Moyſes dans preceptum de purifi-
catione ex diuina ordinatione dixit
Mulier ſi ſuſcepto ſemine . Poſuit
hanc conditionem ſic dans intelligi:
ꝙ mulier aliquãdo eſſet paritura ma
ſculum non ſuſcepto ſemine. Ex quo
doctores dicunt ꝙ moyſes fuit ita lo
cutus ad excipiendã matrẽ dei ab im
mundicia. ⁊ Ber. in ſermone hodier-
no. Timuit moyſes in matrẽ domini:
blaſphemiam irrogare. Unde Jac. in
mariali. Mulier in ſuo matrimonio
cupit quattuor ex ſuperbia: que vgo
reſpuit ex humilitate. ¶ Primo viꝝ
iuuenem maria ſenez. ¶ Secundo vi
rum pulchrum et diuitem: maria aũt
deſpectum et pauperẽ. ¶ Tertio pul
chram domum maria tugurium.
¶ Quarto celum et quietez in partu
⁊ poſt. maria aũt hodie non eſt ocioſa
pperat ad templum cuz oblationibꝰ
ſollicita de legis obſeruatione. o ma
rie humilitatez. ¶ Secundo rõne ⁊c.
vt occultaretur eſſe mater dei diabo-
lo hz Aug. ſup Geñ. ad litterã ꝙ poſt
peccatũ Ade lucifer: ſciuit vbum dei
incarnandũ ſed ignorabat tpꝰ ⁊ horã
videns nocte natiuitatis ſue: ange-
los canere gloria in altiſſimis ⁊c.
Paſtores ipm adorare. Magos de lõ
ge venientes cum muneribus vocem
celitus audiens. Hic eſt filius meus
dilectus. In deſerto ipſum aggreſſus
eſt tribus iaculis experiri volens an
eſſet meſſias. Sed tali modo rñdit de
moni: ꝙ ppter hoc: ignorabat an ille
eſſet. ⁊ vt dicit Tho. iij. diſt. xxx. De

mon cognitione clara nūq̄ ſcivit an
eſſet meſſias. Quāuis fiat mētio ab
euangeliſtis ꝙ demones cognouerūt
ipſum eſſe xp̄m. vt dicitur Math. iiij.
et Luc. iiij. qđ intelligit quo ad conie
cturas. nunq̄ tamen ſciuit niſi in cru
ce. Uñ de ſeipſo xp̄s. Jo. xiiij. Uenit
enim princeps mundi huius. ⁊ in me
non hꝫ quicq̄. Ad ꝓpoſituꝫ. Si virgo
hodie ad tēpluꝫ non iuiſſet cuꝫ filio ⁊
oblationibus: in mentem demonis ve
niſſet ſuſpitio ꝙ vere eſſet mater dei
ex quo legi non ſubijciebatur. Et ꝑ cō
ſequens impediſſet eius paſſionē ali
quo modo. Uñ Tho. in. iiij. di. xxx. ar.
i. Demon ꝓhibebatur diuina virtute
ab inueſtigatione beate Marie. Ubi
⁊ Albertus ſuper Miſſus eſt. Demon
nunq̄ agnouit virginem eſſe matreꝫ
dei: ante filij paſſioneꝫ. Et dum vixit
miracula non fecit aperte: ne ipſe de
mon agnoſceret eā ⁊ per cōſequēs im
pediret paſſionem filij ſui. Unde pa
tet ſecunda ratio. ¶ Tertio rōne ⁊c̄.
In exēplū noſtre purificationis. Se
cundū Alber. ſup Luc. hodie in ver
bo dies purgationis marie: triplex ē
purgatio. Una vulgaris: que ꝓhibe
tur a iure canonico. ij. q. iiij. per totum
Et extra de purgatione vulgari. Cuꝫ
ꝗs eſt ſuſpectꝰ de aliquo crimie. vt ho
micidij furti ⁊ hmōi: et vult purgare
ſuā innocentiā per aliqđ experimen
tum per modum ſuſpitioſum: vt offe
rendo ſe bibere aquā bullientē: ingre
di ignem ſine leſione qđ eſt peccatum
Et contra illud Math. iiij. Non tenta
bis dñm deum tuuꝫ. Exēplū impera
toris Henrici qui vxorē habens ſuſpe
ctam de adulterio cuꝫ quodaꝫ milite
voluit hanc purgationē facere: ita vt
nudis pedibus ſuper ignitos carbo
nes incederet. Unde in morte anxia
tus punitus eſt. ¶ Scđo purgatio di
citur legalis. vt cū quis grauat̄ iniu
ſte de aliquo crimine pōt purgari per
aliqđ iuramentuꝫ vt ſe purget: vt pꝫ
ij. q. iiij. in. glo. ad hāc tenebantur mu
lieres per legem: que purgabantur in
templo in capite. xl. dierꝫ offerēdo ſa
crificia aialiū. Et per illa dicebantur
purgari. ſ. ab illa irregularitate con
tracta in partu: quia ꝓhibebāt vt im
mūde ad tēpluꝫ accedere. Hanc mari
a fecit hodie. ¶ Tertia dicitur ſpūa
lis q̄ eſt neceſſaria. Jacobi. iiij. Emun
date manus peccatores: et purificate
corda Clama. O Senenſis purga te.
per omēs ſenſus in exemplum marie
¶ Primo viſum p̄s. Auerte oculos
tuos ne videant vanitatem. Treno.
iij. Oculus meus depdatus eſt animā
meā. Quintilianus orator. Oculi nr̄i
ſunt tota luxuria noſtra. Scđo audi
tum. Eccli̅a. xxviij. Sepi aures tuas
ſpinis ⁊ facito ſeras auribus tuis. O
ſocie. ¶ Tertio linguaꝫ purifica. ꝓ
uer. xviij. Mors. et vita: in manibus
lingue. ¶ Quarto manus ne aliena
rapiāt Aug. Non dimittitur peccatū
niſi reſtituat̄ ablatū. Et ſic per omēs
ſenſus. Hanc purificationem virgo fe
cit. Pura ī oculis. p̄s. Oculi mei ſem
per ad dñm. Pura in auditu. Luce. x.
Audiebat verbaꝫ illius. Pura in ma
nibus. Ꝓ puer. vlti. Panē ocioſa nō
comedit. Jdo ſpūſſanctus Canti. iiij.
Tota pulchra es amica mea. ſ. in omi
bus membris. Et Luc. ij. Dñs tecum
Tecuꝫ in oculis. Tecuꝫ in manibus.
Tecū in ore. Dñs tecuꝫ. Uñ Apo. xij.
Signum magnum apparuit in celo.
Quid o Johannes. Mulier amicta ſo
le et luna ſub pedibus eius. et in capi
te eius corona ſtellarum duodecim.
Unde quidam. O maria diana ſtella
⁊c. Et petrarcha. O ſole pulchrior. et
luna plena. Dei mater alma O maris
ſtella. o formoſa: licet fuſca ſis. Unde
patet primum.
¶ Scđm dicitur ⁊c̄. Maria obtulit
par turturū: quia paupercula. Diues
auteꝫ agnū offerebat. Queritur dubi
um. Utruꝫ conuenienter ſacrificia de
buerunt offerri domino deo prout lex
precipiebat Tho. i. ij. q. iiij. ꝙ ſic tripli
ci ratione.
¶ Primo rōne recognitionis.

Secundo ratione reuocationis.
Tertio ratione prefigurationis.
¶ Primo ⁊c. vt homo recognoſceret
oīa bona ſe habere a deo.i.para.iij.
tua ſunt omnia: ⁊ que de manu tua ac
cepimus dedimus. Ad ꝓpoſitū ꝙ
homo non eſt dominus. ſed diſpenſa=
tor rerum. Omnia enim ſunt dei.
Secundo ratione ⁊c. vt per honorem
qui deo reddebatur: traheretur popu
lus a cultura idolorum. In ſignū hui⁹
precepta de ſacrificijs nō fuerunt da=
ta populo iudeorum: niſi poſtquam de
clinauit ad idolatriam adorando vitu
lum conflatilem.
Tertio ratione ⁊c. Quia animalibus
illis ⁊ ſingulariter per agnum prefi=
gurabatur verus agnus filius dei: q̄
debebat offerri pro ſalute mundi. De
qua oblatione apoſtolus ad Epheſe.
v. Canta. Tradidit ſemetipſum obla=
tionem ⁊ hoſtiam deo in odorem ſua=
uitatis. Et vere hec oblatio fuit neceſ
ſaria ratione diuine placationis vt ha
bet Alber. ſuper Lucam in teſtamen=
to veteri. inclinabatur deus ad iuſti=
ciam ⁊ non ad miſericordiam. Unde.
Ps. Deus vltionū dn̄s: deus vltionum
Exodi. xxij. Ego ſum dominus de⁹ tu⁹
fortis. zelotes viſitans iniquitatem
patrum in filios in tertiam ⁊ quartā
generationem. Hic eſt ille deus. ſeque
re vulgarizationem. Applica per vin
dictas quas fecit in teſtamento vete=
ri. vt fuit de Adam. de Sennacherib.
de Holoferne. de Nabuchodonoſor.
de Dauid ⁊c. Uidentes ſancti patres
ipſum iratum: decreuerunt ipſum pla
care muneribus. Quia vt dicit in. iij.
eneydos. Uirgilius.
Quid nō mortalia pectora cogis. Au=
ri ſacra fames.
Quidam obtulerunt ei oblationem la
chrymarum. vt Adam. qui peccatum
ſuū fleuit. iiij. mille. ccc. annis: ſed nō
fuit placatus. Quidam oblationē pe
cuniaꝝ. vt Dauid: qui obtulit templo
edificando: centies milia auri ⁊ toti=
ens milia argenti pondera. Quidam
vitam propriam: quia nihil precioſius
Job. ij. Pellem pro pelle et cuncta que
habet homo dabit pro anima ſua: vt
Iſaias. qui lignea ſerra ſecatus eſt.
Quidam decimas vt Melchiſedech.
Quidam inmolationem aialium. vt
Noe. quia altare cōſtruxit. Quidā hu
militatem: vt Abraham. Quidam co=
lumbas ⁊ agnos vt iudei. Sed tamen
placari nō potuit. Un̄ Dauid dicebat
ei. Sacrificiū ⁊ oblationē noluiſti. Et
Iſa. i. holocauſta arietum ⁊ adipem
pinguium ⁊ ſanguinē vitulorū ⁊ agno
rum ⁊ hircoꝝ nolui. Unde hoc. Q: iſta
oblatio nō erat ei oblata: ſed hodie in
templū ingreſſa cum brachio clauſo
in quo filius erat dixit illud. i. Regū.
xxv. c. Suſcipe oblationem hanc. quā
obtulit ancilla tua. O pater ſancte. O
vere deus. Ecce filius tuus. Qui a ꝓ
phetis: qui a patriarchis. qui ab an=
gelis. q̄ a paſtorib⁹: qui a magis ho=
norat⁹ eſt. Ecce tuus filius qui ꝓ mū=
do deridebitur: collaphizabit: occide
tur. O ieſu nate: ceſe: mortue. Parce.
O deus homini: ꝓ tuū filiū. Q̄ꝰ vidēs
deus miſericordia motus dixit. Non
permanebit ſpūs meus. i. indignatio
mea: in homine in eternum: q: caro ē
i. carnalis ⁊ infirmus. Unde bene ec=
cleſia. Suſcepimus deus miam tuam.
In illa hora. vt hodie quattuor ince=
perunt eſſe placabilia que dura fue=
runt. ¶ Primo deus qui dulcis effe=
ctus eſt. Secundo angelus: qui totus
iocundus eſt factus. Tertio celum
quia ante diu ⁊ clauſum tandiu ſte
tit apertum eſt. Quarto mors: q̄ mit=
tebat homines ad lymbum: nunc ad
celum. Suſcepimus deus miam tuam
Miſericordiā filij tui: atq; miam tue
matris. o ieſu. De qua Auguſtin⁹. Re
uolue: diligentius diuine hyſtorie ſe=
riem. ⁊ ſi quid increbatorium: ſi quid
durum occurrerit in ea de cetero ſu=
ſpectam habeas. ⁊ accedere verearis
Applica figuram Heſter. et Uaſti:
concludens ꝙ eſt mater miſericordie
et non iuſticie. Unde patet ſecundum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Tertium principale dr ꝛc. In pre-
ſenti euāgelio: quattuor difficultates
ſunt vidende. Prima quare deus pre
cepit in lege. vt in. xl. die puer porta-
retur in templū. Et in, femina dupli-
cabantur dies. ſ. lxxx. dies. Rñdeo: qꝛ
mulier plus peccauit ꝙ hō. Hō enim
vnū pctm cōmiſit: qꝛ pomū comedit cō
tra diuinā iuſticiā. iō duplici pena pu
nitur maſculus. ¶ Prima in vtero qꝛ
xl. diebus ſtat in vtero. materno ſine
anima. Quamuis phiſici dicant. xlvi.
Secunda extra vterū: qꝛ priuatur die
bus. xl. ab ingreſſu tēpli. Mulier duo
peccata cōmiſit. Primum: qꝛ ſuperbi-
uit. Geñ. iij. Eritis ſicut dij: ſcientes
bonum ꝛ malum. Secundum: qꝛ homi
nem cōduxit ad peccatū ſua ꝑſuaſio-
ne: ideo punit quadruplici pena. Pri-
ma: qꝛ eius corpus ſtat ſine aīa. lxxx.
diebus. Secunda: qꝛ totidem priuaba
tur ab ingreſſu templi. Tertia: quia
ſubiecta viro effecta eſt: qꝛ ſuperbiuit
Unde ad Colo. iij. Mulieres ſubdite
eſtote viris. Auſculan⁹. Illa dom⁹ mi
hi diſplicet cuius gallina cantat gallo
tacente. Quarta pena: vt cū dolore pa
riat. Geñ. iij. In dolore paries filios.
vnde patet prima. ¶ Queſtio ſecunda
Quare maria ꝛ ioſeph obtulerunt in
templo par turturum ꝛ duos pullos
columbarum ꝛ non agnum vt erat pre
ceptum. Rñdeo quia illa oblatio agni
erat diuitū: Maria erat paupercula
licꝫ nobilis: ꝛ Joſeph paup. Mat. iiij.
Nunqd eſt fili⁹ fabri. Sed dicis. Ubi
erant theſauri magorum. Rñdet ber.
ꝙ pauperibus maria erogauit: taliter
ꝙ hodie oblationē pauperum oportu-
it offerre. ¶ Queſtio tertia quare po-
tius voluit offerri turtures ꝛ pullos
colūbi: ꝙ alia animalia. Rñdet Tho.
iij. parte. q. xxxvij. ar. i. ratione ſue ſi-
gnificationis ꝛ proprietatis. Turtur
tres habet ꝓprietates q̄ xpo cōueniūt
Prima: qꝛ eſt auis caſta. Secūda ani
mal ſolitarium. Tertia auis loquax.
Quo ad primam ſignat puritatē xpi.
Quo ad ſecundam ſignat eius contē-
plationē. Chriſtus ſolitari⁹ aliis triūē
orum: montem elegit ad contemplan
dum. Quo ad tertiam ſignat eius pre
dicationem. Columba vero eſt animal
manſuetum ꝛ ſimplex manſuetudinē
ipſius xpi ſignat. Quare non par co-
lumbarꝫ: ſicut pulli queruntur. Rñdet
Tho. vbi. ſ. qꝛ eſt auis libidinoſa: q̄
in ſacrificio non debuit offerri ¶ Que
ſtio quarta. Quare cādele portantur
in manibus. Rñdeo ad oſtendendam
virginis puritatem. Aliq̄ eñ audien
tes virginē purificatā poſſent crede-
re ipſam indiguiſſe purificatione. Igi
tur vt oſtendat ꝙ tota fuit puriſſima:
ordinauit eccleſia vt luminoſos cere-
os portem⁹ acſi ipſo facto eccl'ia dicat
O maria nō indiges purificatione: qꝛ
tota ſplendida es: ꝛ tota pulchra: ſicut
lumen huius candele: quas in manib⁹
geſtamus: de quo lumine Dam. Aue
fulgens margarita ꝑ quam venit mū
do vita: xps ſol iuſticie.

De paucitate ſaluandorum.

Multi ſunt vo
cati: pauci vero electi.
Matth. xxij. Contremi
ſcunt humana viſcera
lĩgua palato heret om-
ne humanum ingenium deficit quan-
do humana mens venit in conſidera-
tionē horribiliſſi verborū xpi in euāge
lio hodierno ꝙ multi ſunt vocati et
pauci electi. Scđꝫ doctores q̄druplex
eſt vocatio. ¶ Una ꝑ certū ſignū. i. per
inſpirationem. Scđa per verbū viuū
.i. predicatores. Tertia per infirmita
tes. Quarta per ſcripturas. Quid
clamant prophete: euangeliſte: docto
res. Uere illud apoſtoli. Impleamini
agnitione voluntatis filij dei. Sed no
lunt venire. Unde Gregorius papa ſu
per Mattheum. Ad fidem chriſti plu
res, veniunt: ſed ad celeſte regnum
pauci perducuntur. Ille. Quod ꝛ ſal-
uator affirmat in parabola illa. Mat.
xxij. Ubi poſt parabolam intulit in fi-